pertineat et hora ad quam pertinet consideral. Et in ea fac Imaginem illius qui ad ipsum
*De horis planetarum* pertinet: et fiet tibi. ¶ Quod si horas distinguere volueris vide primam vniuscuiusque diei
horam. Et cuius dies alicuius planete sit: et prima hora eiusdem fuerit. Fac ergo propriam
Imaginem meam. Et eam reuelaui tibi. quod nullus hominum ausus est reuelare alicui propter
leuitatem operis et stultorum multitudinem. Et ego observo vt nulli nisi sapienti et qui in
*De Sigillis planetarum* timore dei sit ostendas. ¶ Restat vt de sigillis planetarum te instruam. Cum aliquam
Imaginem facere volueris vt sigillo domini sigilles. Hec enim sigilla et spiritus id esse rogant
et effectum operi reddunt. Vnde ab Aristotile Spiritus planetarum dicuntur et igniei sunt effectus
Et hec sunt sigilla et Caracteres Jouis et Saturni vt in fine istius alterius Tractatus
patebit et videbitur magnum secretum. ¶ Sequitur aliud Opus De Septem
Imaginibus planetarum ·7· dierum. Hermetis Philosophi. que fiunt prima hora cuiusque diei etc. *Opus abbreviatum Hermetis Philosophi super Imagines 7 dierum Septimanae per formas Astrorum.*
Dixit Hermes Conditor huius libri. lustraui plures Imaginum fictas Imaginesque *in pag. 77. b. reiteratum.*
certiores ordine nunquam vel veraciores probatas quam illas quas in hoc libro commendo
Cum ergo volueris eam operari vtere hoc exemplari quod narro et perfices in omnibus et peruenies
ad effectum Cum ergo operaris prouide diem in quo fueris. Post aspice planetas et quod sit in eis vtile
*Prima Imago ad odium.* et quod debetur cuique planete ex opere. ¶ De die Solis ¶ Cum volueris scribere ad odium aliorum aspice
Solem die eius: quem si inueneris in Ariete vel leone vel Sagittario operare ad odium In prima
hora eiusdem que est hora Solis Et scribe nomen dei atque diei et nomen hore et regis solis
qui sunt in fine libri notantes separationem inter vtramque personam cum hac scriptura que est
valde necessaria. Et si euenerit quod sit Mars cum sole erit fortius ad hoc quod volueris
operari et penetrabilius. Et non operes nisi sit sol in signis igneis nihilque operes in
Ceteris horis diei solis. Operare et per martem quemadmodum predixi in hora Solis. ¶ De die lune
*Imago 2a ad Introitum super Reges.* ¶ In die lune Prima hora eiusdem diei est lune Scribes in ea ad Introitum super Reges.
Et petis res tuas et mutua rerum que adipisceris Et caue ab Exitu lune ad Caput
draconis in primo. scilicet nodo quia est secretum Taliter cum venerit ad nodum 2m. et ad 3m. Et caue
*Ad perditionem.* a ceteris nodis ¶ Si autem volueris operari ad perditionem et penam operare per 4or nodos extremos
*Ad Amorem et dilectionem virorum ad Inuicem.* Cum fuerit luna in aliquo eorum perficietur opus tuum in petitione tua ¶ Et sexta hora diei lune est veneris
operare ergo ad Amorem in ea. Et 7ma hora eiusdem diei est Mercurii operare in ea ad dilectionem
*Nota* virorum ad Inuicem ¶ Et dies lune conuenit vniuersaliter omni operi quod volueris: maxime
si luna fuerit in Tauro vel Pisce Quod si fuerit venus cum ea erit fortius ad opus tuum Et auxilia



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-1410/0112
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt